



**Geistliche || Lieder vnd Psalmen/ der || alten  
Apostolischer recht vnd warglau=||biger Christlicher  
Kirchen/ so vor vnd nach der || Predigt/ auch bey der  
heiligen Communion/ vnd || sonst in dem haus ...**

**Leisentritt, Johann**

**Budissin, 1567**

**VD16 L 1061**

Idem Ad Pivm & Catholicum Lectorem.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56527)

EX L. IOHAN-  
NIS CODICII EPI-

grammatum lib. 12. ad Virginem  
Mariam matrem Dei, Epi-  
gramma: 47.

**S**alue uirgo decens, diuina puerpera salue,  
Mater aue Christi sancta Maria Dei.  
Tu decus es mundi, flauis Aurora capillis,  
Fluctibus in medijs tu Cynosura micas.  
Humano generi tu gaudia summa tulisti,  
Emanuela sacrum dum paris absq; uiro.  
Ergo tuas merito laudes Ecclesia iactat.  
Concinat & partu carmina digna tuo.  
Qua Leisentritium certe pietate fidelem,  
Aspice de cello uirgo beata polo.  
Afferit ipse pios cultus, tibi diua dicatus,  
Huic ideo natum conciliato tuum.

IDEM AD PIVM  
& Catholicum Lectorem.

**D**escribunt alij clarorum facta uirorum,  
Et referunt forti praelia gesta manu.  
Nonnulli turpes hominum meditantur amores,  
Inmiscensq; suis uerba nefanda iocis.



EPIGRAM:

Grata canunt reliqui lepidis pæana puellis,  
 Suppeditat numeros candida Musa quibus,  
 Virginis at Mariæ, Christi genitricis Iesu,  
 Nos dignas laudes commemorare decet.  
 Quæ peperit summū positū super æthera regem,  
 In partu & ante, post quoq; uirgo manens:  
 Hæc manet æterno castissima tempore uirgo,  
 Virginis & matris nomen utrunq; ferens.  
 Vita, salus mundi decus & lux, gloria, uirtus,  
 Claruit hac nobis uirgine matre pia.  
 Quos dolus antiqui tunc pderat ecce Draconis,  
 His patet hac iterum ianua clausa poli.  
 Quæ licet Hæretici spernant Malachmonis æstu,  
 Eius & horrendum scindere nomen ament.  
 Nos tamen hanc, semitis ueterum inhiærentes,  
 amemus,  
 Omnes quam sancti sic coluere patres.  
 Et huic unanimes studeamus promere laudes,  
 Cum psalmis, hymnis, carminibusq; pijs.  
 Cui Leisentritius præclaro nomine dictus,  
 Sincero meritas cecinit ore grates.

IDEM IN EO  
 DEM LIB. EPIGRAM  
 matum, Epigram: 46.